05
A
2079

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638151-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638151-p0002-6

CUM JESU

Syllogiſmus COTURII Jeſ. Wratisl. Lutheraniſmo Catholico impactus ſed inverſus & in Papiſmum retortus

*Probans ex incompetentiâ attributorum Eccleſiæ Apoſtolicorum*

# UNA SANCTA CATHOLICA APOSTOLICA

Eccleſiæ Papiſticæ falſitatem

PRÆSIDE

*VIRO Perquâm Reverendo & Ampliſſimo,*

DN. PAULO ROBERO, SS. Theol. D. ejuſd. Prof. P. Celeberrimo, Paſt. & Superint. Witteb. circuliq́ue Saxon. Generali, Conſiſt. Eccleſ. Aſſeſſore graviſſimo, Præc. Promotore & Affine ſuo ætatêm colendo

*Ad diſputandum propoſitus*

à

M. GOTTFRIEDT MEISNERO, Fac. Phil. Adjuncto.

*In Audit. Majori.*

Ad d. Aprilis.

*WITTEBERGÆ,*

Excudebat JOHANNES HAKE, M DC XLII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638151-p0003-1

*Magnifico, Nobiliſſimo, Ampliſſimo & Splendidiſſimo*

# SENATUI WRATISLAVIENSI

*Salutem & felix Regimen precor*

## Meiſnerus.

NIhil pulchrum eſſe in universâ hâc Mundi machinâ, quod non malum aliquod deformare geſtiat, florentiſſima WRATISLAVIA veſtra, *Fulcra Illius Eminentiſſima*, ſuo comprobat exemplo. Ut enim non modò caput extollit inter *Lipſiam Miſniæ & Monachium Bavariæ* (has tres urbes pulcherrimas *Germaniæ* cenſet *Cluverus* introd. Geogr. l. 3. c. 13. p. m. 96.) ſed & Orthodoxæ Antiquæque Veritati lautiſſimum præbet hoſpitium, ita Falſitas Interprete *Coturio p. 413. dem. concl.* Illi ſupplicatur, ut ſe quoque intra pomœria recipiat. Vos verò, *Præclariſſimi VIRI*, quemadmodùm Heroicâ animi conſtantiâ ad extremum vitæ halitum perſiſtetis in Chriſtianâ Religione, quam *Majores Veſtri* laudatiſſimi non introduxêrunt de novo planè, ſed collapſam reſtaurârunt, ſic ad retundendam quadantenus nominati *Jeſuitæ* audaciam, huic generi domeſticam, aliquas pagellas adornavi & faſtui objeci. Brevis ſui, nec enim merebantur antiquata & obſoleta argumenta prolixam Reſponſionem; partem fundamentalem ſelegi, ut lapidem ſtructuræ angularem. Quas chartas non debui alijs, quàm Vobis, Patres Patriæ, inſcribere. eas, obteſtor, ſerenâ fronte ſuſcipite, mihi clementer favete & Remp. proſperè gubernate.

UNIV.-U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

05 A 2079

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638151-p0004-7

# Aperi ô Deus portas juſtitiæ & ingreſſus in eas, confitebor tibi Domino!

§. I.

Eccleſiam *Papiſticam* quando appello, *coetum* appello *hominum*, &c. *ſub regimine legitimorum paſtorum & præcipuè unius Chriſti in terrâ Vicarij Romani Pontificis colligatum*, definitore *Bellarm.* l. 3. de Eccl. c. 2. p. m. 137. C. Id eſt primum fidei *Pontificiæ*, præſertim in judicio de Religione, principium, hæc *turris clypeorum David*, hæc anchora Sacra, hæc illa *Cynoſura*, ad quam curſum navigij dirigunt remiges Papales. *Quando Eccleſiam dicimus eſſe omnium controverſiarum fidei judicem, intelligimus Pontificem Romanum*, *Gretſeri* vox eſt T. 1. def. Bell. p. 1450. B. & 1451. A. Hinc *etiamſi recipiamus idem Symbolum cum Papiſtis, niſi ſimul ſubjecti ſimus Romano capiti*, nos & ipſos conciliari poſſe negat *Bell.* l. 3. de Laicis c. 19. p. 676. B. adverſus *Caſſandrum*; ſiquidem *qui extra EJUS tutelam vivit, ſalvus eſſe non poteſt. Moſconius* de maj. mil. Eccl. p. 20. Unde *Coturius* Jeſuita, cum quo poſthâc congrediemur, rationum certitudinem, quibus Papa inducitur, ex hypotheſi, ad canonizandos Sanctos ipſius aſſenſu firmat, qui ſuppoſitâ DEI promiſſione falli non poſſit, *demonſtr.* 1. c. 3. n. 24. p. 119. 120. In quâ aſſertione non modò circulum committit, ſed & *Bellarm.* ex parte quoad medium terminum contradicit & veritati. Illi quidem ingenuè fatenti l. 4. de R. P. c. 2. p. 960. C. *poſſe Pontificem errare in controverſijs facti particularibus* (etiam univerſalibus & doctrinæ, quod ex c. 12. p. 1009. B. deducit *B. Gerhard.* T. 1. Conf. C. p. 259.) *quæ ex informatione teſtimonijsq; hominum præcipuè pendent.* Huic autem; cùm ex *Balæo* notum ſit, *Gregorium* VII. *Liberium Arrianum* Sanctis annumeràſſe. Verùm *Balæus mendaciſſimus Scriptor*; ita Cenſor *Beſoldus Apoſtata* c. 4. mo-

*Adde l. de cauſis recuſ. C. Tridēt. p. 270. ad 329. & B. Nigrinū 13. arg. pro cont. Scr. p. 433. &c.*

tiv. p. 78. haut crediderim. *Coluntur*, quoque, *nonnulli de quibus meritò dubitatur, an unquam in rerum naturâ fuerint, ait Caſſander in conſult. art. 21. p. m. 157.*

§. 2. Sed & in praxi ad ſolum recurritur Papam. Quâ ſervitute motus *Marcus Antonius de Dominis Spalatenſis Archiepiſcopus* valedixit Papatui anno 1616. in *conſilio profect.* n. 8. In pauperculâ 255. Patrum *Tridentinorum Synodo* aut rectiùs *conventu* ex mente *Henrici II. Chriſtianiſſimi* apud *Suavem lib. 4.* hiſt. C. Trid. p. 356. fac. 1. nulli liberè dicendi locus relictus nemini diſſentiendi ſalvâ autoritate, quod *Naclantus, Vergerius, Caranza, Muſſus* &c. experti ſunt: omnes juramento adacti in defenſionem ſedis *Papalis*. Illud conſcientiarum frænum non laxat ſed conſtringit *Bell.* l. 1. de Conc. c. 21. p. 66. lit. A. & conſolidat *Beſoldus* c. 13. motiv. p. 230. exemplo *Balthaſaris Meiſneri*, qui ſimiliter in *inaugurat. Doct.* p. 44. promiſerit *ſe in dubijs controverſijs ſecundum normam verbi divini & Chriſtianæ fidei pronunciaturum.* Egregia conſequentia à Scripturâ ad dogmata abſurda & falſa, à normâ ad normatum! *Erant Epiſcopi illi* (Tridentini) *conductitij plerique*, ſcribit *Dudithius Quinqueccleſienſis Epiſcopus* ad *Maximil. II.* *ut utres, ruſticorum Muſicum inſtrumentum, quos ut vocem mittant, inflare neceſſe eſt.* Et paulò pòſt: *Illinc*, ſc. Româ, *reſponſa tanquam Delphis aut Dodonæ expectabantur; illinc nimirum Spiritus ille S. quem ſuis Concilijs præeſſe jactant, tabellarij manticis incluſus mittebatur* &c. Ita nempe *omnes Papiſtæ huic Concilio ſpontè ſua judicia ſubmiſêrunt*, quæ *Bellarmini* gloriatio eſt l. 3. de juſtif. c. 3. col. 1098. B. Acriter inter ſe cõcertantibus *Monachis* de peccato Originis Mariæ ad Põtificem ultima dirigebatur provocatio his ſupplicibus precibus *Antonij de Trejo, Carthaginenſis Epiſcopi* p. 129. *Legationum: Ab illo ſolio* ſc. Ro *nullum unquam poterit oriri mendacium. Ad TE confugio*, addit p. 170. *& ſupplex TUA NUMINA poſco, aperi manum tuam, qui imples omne animal benedictione.*

*Vid. ejus formulam in l. cauſ. recuſ. C. Trid. p. 64 65.*

*Præfixa eſt illa epiſtola Hiſtoriæ Suavis.*

*Vid. ſimilia apud Suavem l. 6. hiſt. p. 569. 578. l. 7. p. 783.*

*Audiat hæc Robertus à Licio, & ſuũ ingeminabit: Pfui S. Petrum, Pfui S. Paulũ!*

§. 3. En faſtum! En thronum *Servi Servorum!* En divinam ferè autoritatem! En unicum fidei *Romanæ* fundamentum, PAPAM! quo corruente labitur & ipſe Papatus, ut concluditur ex *Bell.* l. 4. de R. P. c. 1. p. 958. A. & B. & *præf.* in l. de Pe p. 591. Atqui errare poſſe Pontificem & erràſſe aliquando in propatulo eſt.

§ 4. Illud

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638151-p0006-8

§. 4. Illud ne ipſi quidem in dubium vocant Papiſtæ. *Bonifacius Martyr* diſt. 40. c. *ſi Papa*, ſumit pro confeſſo, *Papam â fide devium deprehendi poſſe.* Hæreſeωs capacem ſtatuunt *Robertus de Groſſa Teſta*, *Mendoza* q. 4. Schol. n. 12. p. 344. *Canus*, *Lindanus*, *Andradius*, *Nonnulli* (mitiùs tamen ſentientes) apud *Coturium* p. 120. n. 25. *Turrecremata*, *Driedo*, *Cajetan.* ut & *Nilus*, *Gerſon*, *Almain*, *Caſtro*, *Adrianus VI. Horum ſententia propriè non eſt hæretica, ſed tolerantur adhûc ab Eccleſiâ*, teſte *Bell.* l. 4. de R. Pe c. 2. p. 962. B. *Panormitanus* in tit. de Elect. §. *ſignificâſti*, concedit Concilio poteſtatem *deponendi Papam de hæreſi*; (idem ponit in addit. *Ant. Fr.* d. §. Concilia, ac §. quartò dico, ex loco Gal. 1, 8.) *& in concernentibus fidem dictum unius privati* præfert *dicto Papæ, ſi ille movetur melioribus rationibus & autoritatibus V. & N. Ti quàm Papa.*

§. 5. Sed errores ipſos pleno gutture loquuntur hiſtoriæ. *Marcellini* idololatriam, *Liberij* Arrianiſmum, *Joh. XXII.* Epicureiſmum nôrunt cuncti. Ideoque claudicat confeſſio *Stapletoni* edita *Rel. fid. contr.* 1. q. 5. art. 3. prob. 15. n. 10. p. 158: *vix ullum peccatum cogitari poteſt*, ſolâ hæreſi exceptâ, *quo illa ſedes*, puta Romana, *turpiter maculata non fuerit, maximè ab anno 800. & infrâ.* Aliquantò generaliùs *Bell.* præf. l. de Pe p. 593. *permiſit ad extremum Deus, ut etiam quidam parum probi Pontifices aliquando hanc ſedem tenerent.* Candidior *Genebrardus*, *ſcriptor omnigenâ eruditione præſtans Mendozæ* q. 7. poſit. §. 1. p. 559. pandit clauſtra cordis ſui his verbis in *Chronol.* p. 546. *Per annos ferè 150. Pontifices circiter 50. à Joh. VIII. ad Leonem IX. à virtute Majorum prorſus defecêrunt, apotactici, apoſtaticivé potiùs quã Apoſtolici.* Hæc ſunt Vaticana numina, hæc Religionis Papiſticæ columina, hi fidei Canones!

§. 6. Sed Reſpondet facilê *Bell.* l. 4. de Pe c. 12. p. 1010. B. *ſine dubio fabulas eſſe, quæ narrantur de magiâ & morte Sylveſtri II.* Quidni? *Hiſtoriæ iſtæ & volumina*, ſcribit *Fôrerus* in man. Luth. p. 564. *neutiquam ſunt verbum DEI* (quomodo *Huntl.* etiam contr. 2. c. 20. n. 4. p. 258. obſtrepit, *Romanam Eccleſiam poſt Apoſtolorum tempora defeciſſe, nuſquam haberi in S. Literis, ideoq; non eſſe credendum*; quaſi verô Scriptura Papiſtis ſine Eccleſiæ autoritate eſſet judex

controverſiarum! quaſi non *Suaretz* l. 3. def. c. 13. n. 5. quæſtionem, cur Scriptura non mentionem faciat ſucceſſionis P*i*s R*i* in ſedem Petrinam, ſolveret per hoc: *hiſtoria Canonica N. Ti uſq; ad mortem Petri non pervenit) ideò non neceſſarium, ut apud nos fidem prorſus indubitatam inveniant, quæ Platina, quæ Nauclerus in literas retulit*; ſc. ſolent Papiſtæ toties *Platinæ*, *Nauclero*, &c. *pyramides* ſtruere, quoties ſolio Papali aliquid favorabile ſcribunt, quamprimùm a. veritati velificantur, ſalarium numeratur per DELEATUR.

*De Platinâ Gerh. T. 1. conf. Cath. p. 18*

§. 7. Itaque *Papiſmus* non dignus eſt operoſâ refutatione, cùm evictâ errandi poſſibilitate Papæ extorris maneat & exul. Aſt quoniam non deſiſtunt *Jeſuitæ*, inter quos *Julius Cæſar Coturius*, & hodiè tibicines ſupponere vacillanti throno columnaſq;, nec nos pigebit earum experiri robur. Seligemus a. ex tantâ Autorum multitudine citatum, utpote recentiorem & pro ratione inſtituti *partem ſecundam Introductionis fundamentalis* 12. *demonſtrationibus* præmiſſæ, annexumque p. 93. *Syllogiſmum* examinabimus, ut fundamenti compertâ debilitate, qvid de ſuperſtructis judicandum ſit, pateat. Ire autem in vindicias noſtrarum vel rationum vel religionis ſupervacaneum ducimus, cùm adverſarios, *tantùm antiquam ſuorum cantilenam repetentes & Reſponſiones noſtrorum diſſimulantes* eodem jure remittere poſſimus ad Catholicorum libros, quo *Reyhingus*, adhuc *Papiſta*, *Beatum Parentem* ad *Pontificiorum* def. 1. fund. c. 2. §. 2. p. 94. Sic a. adverſus *Eccleſiam Papiſticam*, deſumpto medio termino ex p. d. procedo;

## Quæcunque Eccleſia non eſt Una, Sancta, Catholica, Apoſtolica, illa falſa eſt.

§. 1. Majorem hanc ratam habent *Papiſtæ* illi, qui hæc attributa Eccleſiæ ejuſdem conſtituunt notas. *Hoſius Cardinalis*, *Valentia* l. 6. anal. c. 4. p. 36. 37. & c. 7. p. 49. *Coſterus Enchir.* c. 2. p. 85. 86. *Reyhing*, adhuc Pontificius, *Man.* art. 2. §. 2. § 3. p. 150. 154. *Huntl.* contr. 2. c. 18. §. 13. p. 248. & c. 19. §. 1. p. 249. c. 22. §. 1. p. 273. *Becanus Man.* l. 1. c. 3. concl. 2. §. 11. ad 14. *Pazm. apud B.*

*Bald. in phoſphoro* l. 8 c. 11. ad 14. p. 797. 813. *Hagerus in collatione de Eccleſiâ*, *Coturius* & alij.

§. 2. Ad *unitatem* planè non pertinet *dependentia à Pe Ro ſive congruentia cum eo in identitate ſenſûs*, quam unitatis Acatholicæ ſpeciem incruſtant *Caſſander in conſult. artic. 7.* p. 48 49. *Stapl. Rel. contr.* 1. q. 3. art. 6. concl. 9. p. 59 *Huntl. contr. 2. c. 19.* §. 4. & c. 22. §. 3. *Reyh. Man. c. 2.* §. 4. p. 167. *Helfr. Ulr. Hunn.* arg. 8. p. 218. *Coturius* §. 2. p. 57. &c. quo ſenſu *Sanderus* l. 3. *de clave David* c. 5. p. 63. eum, *qui extra unitatem Ri Pis* (p 71 *Eccleſiæ Romanæ*) *degit, membrum Eccleſiæ Chriſti fieri ullo modo poſſe negat*, aut quo reſpectu *Pius V. ad Eliſabetham Angliæ* ſcribebat: *ſe Sacrorum Anglicanorum ritus & ceremonias, Calviniana Biblia & communium precationum librum autoritate Apoſtolicâ confirmaturum, modò ſe Angliæ Regnum Papæ ſubjiceret, nec ab Eccleſiæ Romanæ unitate ſecederet* i. e. *D. Petri denarios* quotannis ſolveret, ut interpretari poſſumus ex *Suavi* l. 1. hiſt. C. Trid p. 76. aliàs *nunquam ſperandum, ipſis apertum iri à B. Petro cœli portam, ibid.* l. 5. p. 440. Eam, inquam, unitatem, ignotam Scr. S. & orthodoxæ Antiquitati non intelligimus, ſed *conſiſtentem in mutuo membrorum conſenſu, veræ fidei unitate fundamentali & conformitate genuinâ cum capite Chriſto.*

*Plures ita opinantes Botſ. producit contrad. proleg. 1. §. 15. p. 12.*

§. 3. *Sancta* dicitur Eccleſia, non ac ſi ejus membra tali & omnibus numeris perfectâ prædita ſint ſanctitate, mediante quâ Legis præcepta completè ſervent, qui *Photin.* & *Armin.* ſimiliter error eſt, nec n. ipſe *Stapl.* l. d. art. 5. concl. 2. p. 54. & *Tannerus Anat. A.* C. p. 2. demonſtr. 8. §. 1. n. 7. p. 513. eam hîc intellectam cupiunt, ſed *quia partim ſancta in iſtâ docentur*, *Cyprianus* in expoſ. Symb. p. m. 139. 140. *partim fideles Sangvine Chriſti ſanctificati* juxta *Valentiam* & ibid. *Joh. à Turre cremata* l. 6. anal. c. 4. §. 2. p. 37. n. 3. *Fornerum in gladio* art. 2. c. 3. p. 105. *puritati vitæ ſtudent.* Et in his quidem conſentit *Coturius* c. 3. p. 65. Eandem verò §. 2. ex *miraculis* probans, *Reyhingum* ſecutus *Man.* p. 172. & *Huntl.* p. 251. §. 8. non item. Fatemur quidem miracula, conjuncta cum ſincerâ doctrinâ ex Verbo ſcripto notâ, magno eſſe pijs & ſolatio & firmamento. Illam a. Religionem ex Verbo Scripto ſufficienter probabilem minimè ſanctam eſſe, cujus cultores talia hodiè non

perpe-

perpetrant nec Papiſtæ unquam obtinebunt nec monſtrabunt, ſe aliquando ad verificandas ſuperſtitiones *vera miracula* patrâſſe, nec *Coturius* id evincit, ſaltem de miraculorum neceſſitate copiosè differit argumentis ſæpè enervatis, de applicatione & Minore ne gry quidem, niſi quod p. 73. *teſtimonium noſtrum* pro ſe allegat, quod infrà ſect. 2. artic. 1. §. 2. impertiemus.

*id eſt, virtute divinâ facta. Jeſuita* p. 68.

§. 4. 1. *Catholicum* id eſſe agnoſcimus cum *Vincentio Lyrinenſi* apud *Beſold.* c. 2. motiv. p. 33. *quod ubiq; quod ſemper quod ab omnibus creditur* ſeu ratione univerſitatis doctrinæ, quod καθ' ὅλον & per omnia cum verbo Dei & perpetuâ Eccleſiæ interpretatione conſentit, quam ſignificationem ut primam *Suarez* concedit l. 1. def. fid. Cath. c. 14. ut præcipuam *Valentia* l. 6. Analyſ. c. 4. p. 37. D. *in margine*, nec omittunt *Fôrnerus* p. 107. & Iſidorus cit. *Moſconio de maj. Eccleſ. præl.* p. 8. adeoque ſecundum *præfatorem Ducis Peccatorum Granatenſis* & *Pacianum* (conjungit ambo nomina etiam *Fôrnerus* p. 110.) *Catholicum & Chriſtianum*, interprete *Luthero in* artic. 3. ſymb. ſive *Orthodoxum* æquipollent, non modò ex ſenſu vocis verùm etiam uſu. Primis n. ſeculis, *Beſoldo* teſte l. d. p. 28. τὸ Catholicum nota erat diſtinctiva, & quævis particulares Eccleſiæ, rectè credentes, Catholicæ dicebantur; namq; præceperat *Theodoſ.* apud *Sozomenum* l. 7. c. 4. p. 415. Μόνον τῶν ἰσότιμον τριάδα θρησκευόντων καθολικὴν τὴν ἐκκλησίαν ὀνομάζεσθαι. Eodem modo *S. Auguſtinum* loco allegato *à Coturio* p. 80. n. 4 *Bell.* l. 4. de Eccleſ. c. 4. p. 211. B. & *Helfr. Ulr. Hunnio* arg. 5. p. 201. *tenebat in Eccleſiâ nomen Catholici* non αἰπολογικῶς ſed διακριτικῶς acceptum juxta *Chamierum* T. 1. l. 7. c. 10. §. 16. p. 99. & *Alſted* T. 5 l. 2. c. 4. §. 4. n. 4. p. 89. unde *c. 7. de verâ Relig. referente Reyh. fund.* 9. p. 254. mentionem ſimul facit *Chriſtianæ Religionis* B. Pater, qui & *homil. 3. ad neophytos* c. *Prima igitur* diſt. 4. *extra de conſecratione* ait, *Catholicam dici Eccleſiam, quia rectè credit in Deum.*

*Marcus Anton. de Dominis* l. 4. *de Rep.* c. 2. n. 5. p. 546. c. 10. p. 690. n. 7. *Fabr. de la Baſſecourt Tubâ* 6. *cōtr. Reyh.* p. 86.

2. *Origo Catholica* inprimis doctrinam reſpicit, non immediatam fundationem Apoſtolicam, ut *Coturius* p. 78. 82. exponit, quamvis hanc cum illâ unitam non repudiemus.

3. Optimè

3. Optimè probavit *Reverendiſſimus & Nobiliſſimus Dn. D. Hoëus* in *Man. Lutherano, Catholiciſmum temporis* ſolum per ſe nullam habere ſpeciem veritatis, cùm dæmon itidem & peccatores diutiſſimè durârint; verùm *objectiones hæ prudentibus* judice *Coturio* p. 81. *ridiculæ videri poſſunt* (ſunt n. *Valentiæ* c. 1. lib. 1. de Idol. p. 6. *Lutherani Theologi ſanè ſimplices* & ſolent eſſe *eorum argumenta, ut Lutheri, ſatis inepta & pingvia*, *Bell.* l. 5. de grat. c. 29. p. 862. A.) qui tamen ſi priùs crudas ſuorum expoſitiones S. Literis illatas conſiderarent; næ ſplenem diducendi petulanti cachinno cauſam haberent prægnantiorem. Quaſi verò piè defunctus *D. Reyhing* publicâ *Manualis* ſui retractatione invictam veritatem *Manualis* Venerandi noſtri *Præſulis* non dudum comprobâſſet! Nemoné inaudivit *Bellarminũ* l. 3. de Eccleſ. c. 9. p. 162. C. *etiam improbos* Eccleſiæ, *ſubjecto durationis hujus capaci*, ut loquitur *Coturius*, accenſere? Nonné fides Pontificia conſiſtit in nudâ notitiâ, quandoque etiam ignorantiâ, neque diabolo denegata à Jacobo Apoſtolo? Numné & olim *incarnatus* quidam *dæmon* jura dedit coetui religioſo? Sanè *Alexandro VI. ægrotante miniſter ad conſulendum librum magicum miſſus, Satanam invenit habitu Pontificio indutum ſellæ Pontificiæ inſidentem, dicentemq́;: Ego ſum Papa*. Quis quæſo, non ajo caput, ſed membrum fuit tunc Eccleſiæ Romanæ? *In ſede* etenim *Papali veritas venerandum & perpetuum ſibi thronum conſtituit. Papa quando docet ex cathedrâ, non poteſt errare*. *Bell.* l. 2. de Chr. c. 28. p. 444. B.

*Vid. de illis B. Nigr. de contr. Scr. p. 608. ad 659. B. Par. contr. Leſſ. p. 544 545. Amamam in Antib. p. 718. & alibi. B. Bald. contra Pazm. p. 239. Gerh. T. 5. ll. p. 999. 1150. Antonius de Trejo p. 129. Legationum.*

4. *Amplitudinem actualem* dum urget *Jeſuita* p. 81. 82. videtur abire â ſeipſo p. 79 & â ſociennis, contentis vel præteritâ vel poſſibili. *Bellarminus* ſiquidem l. 4. de Eccleſiâ c. 7. col. 222. B. aſſerit, *etſi una ſola provincia retineret veram fidem, eam tamen propriè dici Catholicam, modò una ſit cum illâ, quæ fuit aliquando in toto mundo.* Quæ non concordant cum angulo Saxoniæ nobis objecto. *Huntlæo* T. 1 c. 19. p. 252. n. 10. *Eccleſia* eſt *Catholica, quia dilatata ad omnia loca poſt Chriſti adventum*. Ita & *Coſterus*, addens p. 89. *Enchirid.* c. 2. ex Apoc. 6, 14. *Eccleſiam, quæ priùs latè patebat, noviſſimis temporibus in anguſtias contrahendam:* quæ citati dicti expoſitio gemina approbatur à *Reverendiſſimo Dn. D. Hoëo* T. 2. *in*

*Apocal.* p. 466. & 477. attamen contrariatur *Cajet. Riberæ*, *Mald. Janſ. Viegæ*, *Pererio* ib. p. 458. Hoc tamen noto: Papiſtæ, quando ad comparationem deveniunt Eccleſiarum inter ſeſe, præſentem diffuſionem magno niſu objiciunt. *Coſterus* p. 88. *Stapl. in rel. contr.*. 1. q. 5. art. 3. p. 143. 149. 153. *Fornerus in gladio* p. 109. ijs Reſpondemus voce *Liberij adhuc Orthodoxi etiamſi ſolus ſim*, ut græca ſonant, *veritatis ſermo non infirmatur*: & *Chryſoſtomi*, relatâ à *Baſſecourt* Tubâ 6. p. 102. *nos malle paucos lapides pretioſos in Eccleſiâ, quàm fœni multum.* Dicta adducta p. 81. 82. nihil ad rem faciunt. *Paulus* ad Col. 1, 6. de primitivo loquitur ſeculo teſte *Eſthio* in h. l. p. 684. qui tamen impiè Apoſtolo *hyperbolen* aſcribit cum *Corn. Salm. Juſtin.* quamvis contra *Coturium*. Matth. 13, 30. 38. duratio aſtruitur, non latitudo loci. Prophetia c. 24, 14. quâ *Jeſuita* p. 71. & *Beſold.* c. 8. p. 157. Catholicos inſultant, ante excidium Hieroſolymitanum finem ſortita eſt, ut ex *Patribus* & *Papiſtis* oſtendunt *Chamier* T. 2. p. 366. *Reyh.* retr. p. 152. 153. Particula, omnes, Epheſ. 4, 11. extendit ſe ad tunc exiſtentes, non ad finem mundi, aliàs illimitatè accepta errores parit.

*Theodor. l. 2. c. 16. p. 68.*

*Thum. de AntiChr. M. p. 40.*

5. *Diutina nominis poſſeſſio* à *Coturio* p. 80. *Reyh. in fund. 9. Palatini* p. 222. 223. *Suareſio* l. 1. def. fid. c. 12. n. 11. & 12. *Beſoldo* c. 2. mot. producta planè nihil probat. Ergonè *Calipha Perſiæ* lux eſt, *Iſmaëlitarum & jubar*, quia ſic appellatur apud R. *Benjamin in Itin.* p. 61. Annè *Chinenſium Rex Dominus Orbis & Filius cœli* jure prædicabitur, quoniam ita nominatur. *Marcus Henningus in deſcript. Chinæ* l. 3. c. 1. p. 131. Nonna quoque *Beatrix* fornicationi incumbens per 15. annos, cujus vices geſſit *S. Maria* in Cœnobio ſecundum *Majorem in ſpec. exemplorum* p. 459. hoc argumentum pro Virginitate allegabit.

§. 5. 1. *Tertullianus*, qui ſemper hîc Papiſtis in ore eſt, etiamſi opera ejus inter *apocrypha* recenſeat *Gelaſius diſt. 15. c. Sancta Romana*, ut *nulli loco Eccleſiam Catholicam affigit*, quemadmodum teſtatur: *Beatus Rhenanus in argument. l. de præſcript.* quanquam *Index Expurgatorius Hiſpan.* *Qui rogæ* hæc delêrit, ita *Apoſtolicum* ipſi, quod & ab *Apoſtolis* deſcendit & fidei eorum conforme eſt. Sicut *Rathm. Theoſoph. Patrum* p. 312. *Caſaub. Ex.* 14. ſ. 4. p. 316. *Fr. Junius in*

*Fr. Jun. in fine not. Rhen. ad Tertull. p. 127.*

*nius in notis* p. 148. monſtrant, nec reticet *Bell.* l. 4. de Eccleſ. c. 9. p. 231. C. Nunquam verò docuit, nullam particularem Eccleſiam eſſe *Apoſtolicam*, niſi *Apoſtolos* habeat fundatores, & ſucceſſione ab ipſis inde gaudeat perpetuâ, quæ *Bellarmini* l. d. c. 8. p. 230. C. *Beſoldiq;* c. 5. motiv. p. 99. ſententia eſt, primò intenta â *Coſtero*, *Stapl. Huntl. Förnero*, *Tannero*, *Reyh.* ſed ſufficit ipſi ad vendicandum *Apoſtolicismum* conſenſus in doctrinâ. Sic n. c. 32. *de præſcript.* p. 210. infit: *Eccleſiæ, quæ licet nullum ex Apoſtolis vel Apoſtolicis autorem ſuum proferant, ut multæ poſteriores, quæ deniq; quotidiè inſtituuntur,* NB. *tamen in eâdem fide conſpirantes, non minùs Apoſtolicæ deputantur pro conſangvinitate doctrinæ.* Lege quæ ſequuntur. Et paulò antè: *Etſi confinxerint* ſc. hæretici, ſe habere autores *Apoſtolos, nihil tamen promovebunt, ipſa n. eorum doctrina cum Apoſtolicâ comparata ex diverſitate & contrarietate ſuâ pronunciabit, neq; Apoſtoli alicujus autoris eſſe, neq; Apoſtolici.* Confer. c. 20. & c. 21. Ideoque *Apoſtolica* eſt & illa Eccleſia, quæ Eph. 2, 20. ædificata non ſuper *Apoſtolos ut fundamenta, quemadmodum Eſthius* hîc p. 611. *cum Bell.* l. 3. de V. D. c. 10. p. 197. D. & *Gretſero*, Hujus defenſore, commentatur, ſed *fundamentum quod ipſi poſuêrunt*, id eſt, doctrinam, ſicut *Lyra*, *Cajet. Salmero*, *Vasques*, *Stapl. in relect.* p. 506. exponunt, Orthodoxam fidem ſartam tectamque retinet.

2. Quod nunquam *interruptam perſonarum ſucceſſionem*, à *Jeſuitâ* p. 83. requiſitam, attinet, ibi nos ipſi non adeô ſtupidi ſumus, ut alio loco perpetuam ex *Symbolo* credentes Eccleſiæ durationem, illam ab omni inhærentiâ ſubjectivâ præſcindamus, quin potiùs in medio *Pontificiorum*, ubi verbum, licet non adeò purè, à *Paſtoſtoribus Papiſticis* fuit prædicatum, capita doctrinæ *Catecheticæ* propoſita & *Sacramenta* juxta inſtitutionem Dominicam adminiſtrata, etiam Eccleſiam perdurâſſe ſanctè affirmamus. Et hoc reſpectu *Lutherus* ſcribit T. 4. *Jen. Germ.* fol. 408. B. adverſus *Anabaptiſtas*, non quidem in Papatu quâ tali, uti *Hugo* conjecit *contra B. Parentem* p. 133. ſed Eccleſiâ ſub illo *verum conſervatum fuiſſe baptiſmum, verum Chriſtianiſmum, imò nucleum illius.* Ex quâ ingenuâ confeſſione clarum eſt, *Coturium* p. 85. 86. nos gratis accuſare de aſſertâ totali Doctorum deficientiâ. Viſibilem verò, con-

*Rever. & Nobil. Dn. D. Hoë art. 2. contr. Förn. c. 44. 45. 46. hîc te informare poteſt.*

*V. exempl. mulieris in agone mortis cõverſæ ex reminiſcẽtiâ cõ-**
** cionis paſſional. de lapſu Pet. ap. Herb.* in Paſſionszeiger *p. 189. 190. 191.*

rō, conſpicuam ſemper & localem ſucceſſionem ſtrenuē negamus; neque ejus neceſſitatem demonſtrant *Coturij* argumenta. Quæ n. *ſequela* p. 83. *etiam hæretici gloriantur de poſſeſſione doctrinæ Apoſtolicæ, E. hæc non eſt nota Eccleſiæ?* Itaque quia *Lutherani* ſe *Catholicos* vocant, τὸ *Catholicum* non eſt nota *Bellarmino*; Ergò nec miracula, jactata à *Donatiſtis*. Acutè ſanè! quaſi hæreticorum verba oracula eſſent, haut indiga probationis. Longè aliter *Tertull.* l. d. & *Chryſ. homil. 33. in Acta* cum talibus procedunt. Simile de *Rege Bohemiæ* p. 84. eſt diſſimile. Regnum opus habet viſibili ſceptro & ſolio, minimè Eccleſia; defenditur à pijs Regibus, regitur à presbyterio ſub capite Chriſto. *Nec Papa verè caput eſt Eccleſiæ, ut no. glo. in cle. ne Romani. de, cle. quæ notabiliter dicit, quòd mortuo Papa, Eccleſia non eſt ſine capite.* Et ſicut prima origo legitimat thronum Regis & coronam, ita ex compromiſſo rati habebimus quicquid primò & antiquiſſimè unanimi Eccleſiæ Catholicæ conſenſu doctum: Omnia concordant cum noſtrî religione. Proſtant Apoſtolici & Symbolici libri, judicent ex illis, quorum judicium non laborat præjudicio. Sed objicit *Coturius* p. 88. *ne unicum quidem ex primitivis Patrem per omnia nobiſcum facere.* Non utar hâc vice jure retorſionis, id ſolùm affero, non unum, ſed multos ſed omnes ſaniores rectè intellectos in noſtris caſtris ſtipendia mereri. Dudum id probârunt *Proteſtantes in l. de cauſis recuſati C. Trid. part. 2. causâ 8. p. 136. ad 391. causâ 9. p. 396. ad 460. & part. 3. p. 504. ad 574. B. Gerhardus in locis; Eckartus in Theologiâ Patrum*, &c. ideoque impudentis eſt, id negare.

*Ex hypotheſi.*

*Expreſſè Panormitanus de Elect. §. ſignificâſti.*

*Conſule Nobil. Dn. D. Hoë in liter. ad Cutſem. p. 9. &c.*

3. *Textus Biblici* maximè de initio N. Ti, de progreſſu verò cum exceptione perſecutionis & obſtinatæ rejectionis intelligendi, p. 84. ad 87. vim paſſi durationem quidem Eccleſiæ promittunt, non item viſibilem, non uni loco affixam. Hunc præmonitum optimè convenire Eſai. 59, 22. ex *Gerhardi T. 1. conf. Cath. p. 536. & Reyh. retr. p. 181. ad 184. diſcimus*; Vigiles Eſai. 62, *Sanctio* in h. l. p. 682. non modò ſunt *paſtores* ſed *etiam ſeculares, proſpicientes ſaluti publicæ & Eccleſiæ*; accommodet hoc aliquis ad clericos Papales, ſi vir eſt, quos *non modò corruptos ſed etiam corruptores eſſe Legati* ipſi in *Concilio Trid.* l. 2. hiſt. *Suavis* p. 142. faſſi ſunt. Ita de illis *Petrus Coroſſa*, poſt Pontifex *Paulus IV.* nominatus, *in conſilio de emendandâ*

*Conf. Reyh. retr. p. 222. 223.*

*Suavis l. 5. p. 439.*

*dandâ Eccleſia* (hujus rei gratiâ *Romam* accerſitus ab *Adriano VI. Suavis* l. 1. p. 22.) *Per DEUM Immortalem*, inquit, *quis miſerabilior viro Chriſtiano conſpectus eſſe poteſt, Chriſtianum Orbem peragranti, quàm illa ſolitudo Eccleſiarum? Omnes ferè paſtores receſſêrunt à ſuis gregibus, commiſſi ſunt omnes ferè mercenarijs.* Hi diligentes vigiles, hi perennes cuſtodes! *Titulares* utique *Epiſcopi* nunquam aſſignatis urbibus verbum prædicant. Et tâm præclarè munia obeunt, cur tantâ animorum contentione & verborum acrimoniâ *decretum de Reſidentiâ* in *Concilio Trid. Cajet. Caranza, Soto* apud *Suavem* p. 241: 782. *Granatenſis cum validâ Patrum* manu p. 546. 547. *Andegavenſis* p. 722. *Veglienſis* p. 723. ut mitiſſimè loquar, poſtulârunt? Pergit *Sanctius* l. d. n. 27. *Non tacebunt* (quæ ſunt verba Prophetæ) *iſti, qui vel precibus ſolicitabunt auxilium divinum aut cohortationibus cum hominibus agent.* Aſt quî acceptæ erunt illorum preces Deo, qui juxta *Hieron. ijſdem labijs oſculantur filium Virginis, quibus filiam Veneris*, qui *noctu Venerem amplexantur, manè virginem venerantur*, *Innocentio* teſte; *qui crapulati & inebriati nomen DEI & Sanctorũ pollutiſſimis labijs execrantur*, (idem repetit de *novis celebr.* p. 147.) *ſicq; tandem compoſiti ex meretricum* (*vaccas animales* tunc vocabant. *de præſul. Sin.* p. 162.) *ſuarum complexibus ad divinum altare veniunt. Clemangis de corrupto Eccleſ. ſtatu* c. 16. n. 3. p. 16. qui *non tolerantur in parochijs plerisq;, niſi concubinam habeant, quò laicorum conſultum ſit uxoribus, quæ ne ſic quidem uſquequaq; ſunt extra periculum.* tr. *de præſul. Simoniacis* p. 165. Quomodo informabunt rudem populum *ob inſcitiam vix ſyllabatim legentes?* Citatus *Autor* p. 16. & 165. Et quidem unde illis ſapientia? *diſcunt*, adhuc ſtudioſi, *Lovanij vagari totas noctes per plateas, diſcunt ſtricto gladio bellum gerere cum lapidibus* (digni certè, ut ſtatuæ ipſis erigantur ſic, ut *Rulando* ob fuſos *Mauros*!) *diſcunt uno hauſtu bibere medium poculum*, atteſtante *Bellarmino* Tom. 6. Oper. Col. 172. Forſan horum Idiotarum cauſam aget *S. Maria*, ut tempore *Thomæ Contuarienſis* (fermè Sanctũ appellâſſem cum pace tua ſanctiſſimè Dn. *Alexander III. Suavis* l. 1. hiſt. p. 94.) Quis dubitaret? namque admodum delectatur *S. Virgo* contubernio Monachorum, ijs *cohabitat ut ſponſa, exertis uberibus lac immulget, papillarum* (pudet certè re-

*B. Par. in Anti-Leſſio p. 130.*

*Hiſtoriam hanc Lydiq recenſet in notis ad Clemangem p. 12.*

 ferre,

Gerh. T. 5. ll. §. 284. p. 1264. ferre, ſed referendum omninò eſt in ignominiā ipſorum) *tactum permittit, in brachijs Franciſci à principio noctis uſq; ad diem ſe tenendam & Oſculandam præbet. Zeamannus in carnif.* p. 527. Cur *Jeſuitæ Jeſuitiſſarum ordinem*, abrogatum ob ſcandala ab *Urbano VIII.* anno 631. inſtituerint, ego, ut ſunt *Lutherani* maximè ſtupidi ſubolfacere non poſſum. *Antiquum & vetus hoc delictum eſt, nec ſcio, quis hoc careat. Latè patet hæc peſtis (ſi peſtis eſt naturalibus uti) quanquam non video, cur tantoperè damnari* (&c.) *debeat*, inquit, *Sylvius l. 1. epiſt. 15. p. m. 511.* Sed Papa creatus retractavit ſcripta: fateor, non autem factum, non naturam mutavit.

Morn. in myſter. iniquit. p. 1271.

Locus Matth. 28, 19. 20. non attendit ſtatum controverſiæ: omnes concernit fideles juxta *Chryſoſtomum*. Dictum ad Epheſ. 4, 14. 15. etiam à plebano *Vorôſmarto* falſatum priſtinæ puritati reſtituit B. *Par. in Anti-Leſſio nov. edit. capt. 3. Reſp. 3.* Quis noſtrûm inficiatur, quovis ſeculo quoſdam cœlum petijſſe? Sub auditu, cujus *Paulus* meminit Rom. 10, 14. *etiam lectio perquam multi crediderunt comprehenditur, quæ viſu fit, Eſthius* hîc p. 127. monet. Addo: etiam quæcunque informatio. Neque omnis verbi ſonus ceſſavit in Papatu; ſonus tamen tantùm fuit, concedo, niſi quando Deus per quædam adhuc dum Orthodoxa corda calefecit. *Auguſtinus*, quem *tenebat* non unicè convertebat *ſucceſſio Epiſcoporum* verbo tunc nitentium etiam *epiſt. 165.* ſcriptum reliquit: *nos non tàm de iſtis documentis præſumimus, quàm de Scripturis Sacris*, apud *Baſſecourt* Tubâ 3. p. 13. &c. *16. de Eccleſiâ: Nolumus nos Eccleſiam noſtram probare vel ex ſucceſſione Epiſcoporum, vel ex autoritate Conciliorum, vel ex miraculorum frequentiâ &c. quæcunq; talia in Catholicâ fiunt, ideò probanda, quia in eâ fiunt, non itaq; eam probant. B. Bald. in phoſphoro p. 886.* Confer *Witakerum de Eccleſ. p. 353.* Hactenus Major, quâ explicatâ ſub ſumo:

## Atqui Eccleſia *Papiſtica* Sect. 1. Non eſt UNA.

Artic. 1. Nec ſenſu *Catholico* ſuprâ allato. Doctores enim Pontificij neque cum Patribus neque inter ſeſe, neque Pontifices neq; concilia ſecum conveniunt.

§. 1. Patres

§. 1. Patres ſemper jactat *Coturius*, & hi nervus *demonſtrationum*. Breviter. Fundamenta *Papiſtarum* & in ſpecie *Jeſuitæ* quoad Patres.

1. *Sunt iniqua & injuſta*. Nec enim ipſi tantum Patribus tribuunt, quantum ut nos tribuamus requirunt. Nos rejicimus Patrum placita, quando deviant à ſcripturâ, illi quando à Pontificum decretis. Hinc *Corn. Muſſus* recipit *ſe velle uni ſummo Pontifici plus credere, quàm mille Auguſtinis, Hieronymis, Gregorijs &c.* Non modò Patres ſe judicum deturbant throno, ſed & erroris eos poſtulant *Cajet. Poſſev. Duræus, Salmero, Baron. Bellarm. Torniell. Fornerus in gladio* p. 95. *Huntl.* T. 1. p. 317. *Stapl. Rel.* p. 626. hæreſeωs *Tertullianum, Bell. Perer. Gretſ. Baronius*, ne dicam quod *Auguſtinum* ad inferos relegaſſe *Bonifacius II. epiſt.* 2. *ad Eulalium legitur.* Quæ *Jeſuita* prolixè diſſerit de *Patribus* 500. annorum annotat. 1. & ſeqq. partim ſuis contraria ſunt commilitonibus, partim nobis afficta. *Huntlæus* T. 1. contr. 2. c. 28. n. 9. p. 319. eos *Patres fide digniſſimos reputat, quos antiqua Eccleſia approbavit ſub Gelaſio* diſt. 15. c. Sancta Romana; atqui id decretum neque cunctos Patres primorum ſeculorum canonizat, neque omnia iſtorum ſcripta, neq; ad finem 5. ſeculi ſe extendit. Catholici ut per voluntariam ſubmiſſionem acceptant univerſalem conſenſum omnium Patrum per ſe planum in genuinis monumentis relictum quoad veritatem teſtimonij, ita nunquam ab omni labe immunes illos proclamant. Vid. *B. Par. contra Reyh.* §. 110. n. 3. & de Patribus 500. annorum *B. Bald. l. 9. contra Pazm.* c. 3. p. 836. & ſeqq. *Stapletonus* inſuper *Rel. fid.* p. 145. nobis exprobrat, quòd *Eccleſiam inde ab Apoſtolorum temporibus defeciſſe* doceamus, quæ non conveniunt cum nævis aſſertis. *Cotur.* p. 3.

*D. Botſacc. in contr. p. 277. B. Par. cōtra Reyh. §. 110. n. 11.*

*Conf. Suavem l. 1. hiſt. p. 33.*

*Conſule Gerh. in met. Stud. Th. p. 279. Adde, ſi placet Caſaub. ex. 1. ſ. 3. p. 29. Uſſerium ad ſucceſſ. Eccl. c. 1. §. 21. p. 19. &c*

2. *Dubia & ſuppoſititia*. *Jeſuita* multos allegat libros etiam ex *Papiſtarum* ſententiâ ſpurios. *Dionyſij Areopagitæ librum de hier.* p. 151. 230. 259. ſubleſtæ fidei ſecundum *Eraſmum, Cajet. Vallam, Photium, Gazam. Perkinſus Operum* p. 230. & alij. *Papiam* p. 152. aſt fabulas ſectantem teſte *Euſebio* l. 3. c. 33. p. 82. *hiſt. Eccleſ. Epiſtolas Decretales* p. 230. 232. 260. quibus jus dixit *Gerhardus* T. 1. *conf. Cath.* p. 430. &c. & *Cuſanus* l. 3. c. 2. *conc. Cath.* Si rectè adducitur

à *Caſaub.*

à *Caſaub.* ex. 16. ſ. 150. p. 760. Obiter; *Innocentius* 19. p. 155. à *Coturio* citatus, non fuit in rerum naturâ. *Cocus in Cenſurô. Patrum* cum primo manus confert p. 105.

*Liturgias* p. 167. 168. 229. 230. 289. 312. ſed partim falſas partim falſatas teſtibus *Bell. Baron. Poſſev. Sanctio, Genebr. ut Cocus* cum cæteris perhibet p. 7. ad 11. *Clementis conſtitutiones* p. 182. 259. 313. ſed rejectas à *Synodo Trullanâ* can. 2. ſi vera refert *Scult. in med. Patrum* l. 11. c. 5. p. 455. *Bell. Biſciolâ, Baron. Bovio, Poſſev.* apud *Botſ. in contrad.* p. 268. 269. *Ignatij epiſtolas* p. 195. 230. 259. 336. 366. de quibus *Scult.* l. d. p. 440. &c. In *Hermæ* libro allato p. 313. viſio cujuſdam anûs purgatorium ſtabilit. Dignum fide *Pontificiâ* fundamentum! Tædet plura ſcripta apocrypha purgare; Ex his paucis patet *Jeſuitam* ſi non pondere tamen numero nos obruere intendiſſe.

3. *Detorta & adventitia.* Prius in *Coccij theſauro* cujus mentionem facit *Coturius* p. 56. obſervant *Reyhing. retr.* p. 241. 242. & *Caſaub. Ex.* 15. *ſ.* 14. *p.* 418. Idem ſiniſtrè interpretandi vitium *Vegæ, Scargæ, Turriano, Arthuro* objicit *Chraſtovius Polonus in bello Jeſuitico* p. 157. ad 161. Et *Jeſuitam* Patribus abuti, facilè ex demonſtratione ſtatim 1. Oſtendere poſſemus, ſi opus eſſet. Licetné augurari, *Cenſores Romanos* parili jure, quo verba *Caſtri: Plures Paparum adeò eſſe llliteratos, ut Grammaticam perictûs ignorent*, obelo notarunt, ſententiam *Coturij* p. 98. *Hieronymus multò (Bell.* l. 3. de V. D. c. 8. p. 188. B. ſubſtituit, *longè) doctior Damaſo Papâ*, expuncturos? Poſterius ex *Indice Expurgatorio* perſpicimus. Fiant n. p. 5. *edit. Antvv.* diſſimulant Ariſtarchi, *ſe in Catholicis veteribus plurimos ferre errores, extenuare, excuſare excogitato commento, perſæpè negare & commodum ijs ſenſum affingere.* Verùm excipit *Reyhing*, tunc ſectator C. T. *in def.* 1. *fund.* p. 95. *excogitato commento excuſare idem eſſe quod commentari.* Notate hoc *Lexicographi* & deinceps τὸ radere, expungere, mutare, ſubſtituere per commentari exponite. *Concilijs* primitivis *Coturius* p. 99. 100. manifeſtam vim infert. *Ad pueros, qui Latina mediocriter intelligunt, non dubito provocare*, cum *Caſaubono exerc.* 16. ſ. 151. p. 763. Vindicârunt & urſêrunt antiquas *Synodos Proteſtantes in l. de cauſis rec. Concil. Trid.*

*B. Par. contr. Vörôſm. mendat.* 13.

p. 517.

p. 517. ad 520. *D. Oſiand. contra Valentiam* p. 7. pag. 377. part. 8. p. 594. ad 599. Ut & ex *Calviniſtis Leon. Scharpus de AntiChriſto* p. 270. ad 287. *Witak. de Concil.* q. 2. p. 59. ad 68 *Chamier*. T. 2. l. 13. c. 11. §. 4. p. 261. c. 12. *integro*. c. 20. *toto*. Quique exijt *Babylone Spalatenſis ArchiEpiſcopus l. 4. de Rep. Eccleſ.* c. 10. n. 2. ad 12. p. 687. ad 692. Quis *Ant. Franc.* cujus notæ in *Jus Canonicum* annexæ ſunt *Operibus Panormitani?* Papiſta ſine dubio. Interim ex *Turrecrematâ ad §. de Electione c. ſignificâſti* T. 1. p. 306. refert, quòd *olim Imperatores congreg ârint Concilia, exemplo ſint Conſtantinus & Juſtinianus. Cuſanum* hic ſuos caſtigantem *Perkinſus* profert de *Ementito Catholiciſmo contra Coccium* p. 353 354. Operum. Quin ne hoc ſilentio prætereundum: Tomi Conciliorum multis modis truncati & mutati ſunt, ideoque cum judicio legendi. *Cocum* aſpice in *Cenſ. Patrum* p. 223. ad finem.

*Theophil. Bonoſig de Hierar. Romanâ c. 13. §. 6. p. 131.*

4. *Thraſonica & rejectitia.* Gloriatur *Coturius, univerſam anterioris temporis antiquitatem conſentanea docuiſſe 12. demonſtrationibus, nusquam aliter* ſenſiſſe pag. 11. p. 50. p. 53. p. 58. p. 78. n. 2. p. 400. 401. &c. Verum, ut utar verbis *Hugonis de verâ fid. capeſſ.* p. 146. *nō aſſcribo teſtimonia contraria, quia toti libri de hâc materiâ conſcripti nondum ab hæreticis ſunt refutati.* Quâm n. *præſens hæc Eccleſia* Ra *non parùm in morum & diſciplinæ integritate, adde etiam doctrinæ ſinceritate, ab antiquâ illâ diſſideat,* ut *Caſſander* ait p. 51. *Conſult.* latè demonſtratum iverunt præter §. 5. n. 2. adductos *B. Gerhardus* T. 5. ll. *de Eccl.* §. 206. p. 1029. ad 1037. *D. Bald. l. 9. contra Pazm.* c. 3. p. 843. & c. 4. toto. *Parens contra Hugonem* diſput. 4. §. 20. ad 43. Adjice, ſi vis, *Perkinſum tractatu dicto* p. 251. ad 357. Atque hanc ab antiquâ Eccleſiâ defectionem *Nobiliſſ. & Reverendiſſ. Dn. D. Hoë* (per incuriam an injuriam *Jacobus* nominatus?) ſatis declarat exemplis adductis, ſed frigidè refutatis *à Jeſuitâ* p. 51. 52. *Canon Miſſæ* non nuda cerimonia eſt; illum n. qui tollit, veram miſſam, teſte *Bell.* l. 1. de Sacr. c. 3. p. 10. c. Contrait quoquè inſtitutioni Dominicæ. F. hæreſeos veniet nomine. Et quomodo conſiſtet libera intermiſſio precum, cæterorumq; actuum, cum neceſſitate eſſentiali intentionis Miniſtri? Feſtivitates non culpamus quâ tales, ſed quâ ſuperſtitionibus & idololatriâ plenas, à quibus neque libera

 eſt cele-

*Conf. Angeli Roccæ comm. de SS. corpore Chr. R. Pibus iter conficientibus præferendo edit. Romæ ann. 1599. p. 13. ad 20.*

eſt celebritas controverſa. Vid. *Thumm. de feſtis* p. 136. 137. Eritne ritus nudus, cujus oppugnatoribus *anathema* dicit *Concilium Trid.* ſeſſ. 13. con. 6. *Tranſubſtantionis* dogma *Theodoretus* ignorat, ignorat etiam *Gelaſius*, qui ſive *Papa* ſit, ſive ex *Patrum* numero, ut *Valentia de Tranſ.* l. 2. c. 7. p. 513. Oper. contendit, nihilominus univerſalem illum conſenſum rumpit. Nil addo de *Concilio Florentino. Communionem ſub unâ*, Laicorum æquè ac clericorum, ſtringit generalis *Canon Gelaſij c. comperimus diſt. 2. extra de conſecr. Diviſio unius ejusdemq́; myſterij ſine grandi ſacrilegio non poteſt provenire.* Mira res: factũ *Petri* Pontificijs eſt inſtar decreti, facto Chriſti liberè contra veniunt. Hactenus Papiſtæ Antiquitatis extracti clauſtris, fugâ vitam redemerunt. Succurrit tamen ipſis *Coturius*, macilentâ quâdam & egenâ cohorte p. 58. & 93. *Aſſignent* ait Luth. *& locum & tempus & autores apoſtaſias.* Catholici non metuunt malum ab hâc *Delilâ*, cui ambas jam olim detruncârunt *B. Gerh. in ll. de Eccl.* §. 167. 168. *B. Bald. contra Pazm.* l. 9. c. 5. & 6. *D. Oſiander adv. Valentiam* part. 6. p. 242. *Hæreſes* & diſcordias, quas nobis objicit *Jeſuita* p. 53. 54. 55. 60. 61. 62. noſtrates inſigni cum victoriâ retorſêrunt.

*Vid. Gerh. T. 5. de Eccl. §. 207. ad 226. Reyh. retr. p. 103. 104. Dn. D. Nicol. Hunn. de apoſt. p. 1142. ad 1339.*

§. 2. *Diſcordiam hodiernorum* enarrant *Reverendiſſimus Dn. D. Hoëus contra Gretſ. Oſiander in Papâ non Papâ, Gerh. in Confeſſ. Cath. Botſ. in contradictionibus, Keslerus in Bello Ubiqu.* p. 492. ad 507. ut addens aliquid, ſententiam poſt Concilium dicat. Probat interim ipſam ex abundanti *Nobiliſſ. Dn. D. Hoë* ex diverſitate Ordinum & Sectarum. Replicat *Coturius* p. 64. 65. *hanc objectionem doctis auribus indignam, ac frigidam, etiam ad lippos & tonſores deveniſſe.* Cur? quia Jeſuitæ ſoli altum ſapiunt, nihil tritum, nihil commune adferunt, ut patet ex demonſtrationibus hiſce. Quaſi v. *Reverendiſſimus Theologus* non tàm ordines, quàm eorum lites offunderet! ſc. quando *Dionyſ. Carthuſ.* de unâ ex præcipuis difficultatibus, *Weſſelus*, ferè omnibus, *Eraſmus*, uſque ad pallorem, ad ſputa, ad pugnos fatentur dimicare Doctores; quando *Delrio in apolog. contra Malvendam n. 1.* conqueritur *Dominicanos* ſe palàm *Jeſuitarum* adverſarios gerere, eorumq́ue libros prohibere; quando *Carerius l. 2. de poteſtate R. P. c. 5. n. 5. p. 111. Bellarminum* inſenſum re-

ſum re-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638151-p0020-6

ſum regno Chriſti mundano, *anathematizat*; quando *Dominicani Jeſuitas Pelagianiſmi*, hi illos *Calviniſmi* inſimulant, in controv. *de viribus lib. arb.* utrique nihilominus ad *Concil. Trid.* provocant; Quando *Dominicani & Franciſcani* infinitas diſceptationes ſerunt de *immaculatâ B. Mariæ conceptione* (*myſterio*, *Cutſem.* in lit. ad *Nobiliſſ. D. Hoë* p. 106. & *Gregor.* XV.) *tantâ animorum contentione, ut tota ferè arſerit in diſſidij incendium Hiſpania* p. 6, *Legat.* Hæc inquam & ſimilia frigida ſunt & levia! Autoritatem *Papæ* deciſivam *Reyhing* enervat *p. 125. Retract.*

*Bell. l. 6. de grat. & lib. arb. c. 15. p. 919. A. B. & 922. D.*

*Depicta eſt hæc pugna in diverſorio Burgenſi. Zeill. Itin. Hiſp. p. 189*

§. 3. *Pontifices* itidem altercationibus deditos eſſe *Sixtus* V. & *Clemens* VIII. indicant, quorum hic, quartus ab illo, *authentizatam Vulgatam* noviſſimæ correctioni ſubjecit. *Amama prol. c. 2. in cenſ. Vulgatæ verſionis. Confer Gerh. T. 1. Conf. Cath.* p. 239. ad 245.

§. 4. Conciliorum pugnas *Catecheſis Dieterici*, non minùs utilis quàm notus liber, p. 447. enarrat. Artic. II. *Nec ſenſu Papiſtico.* Non modò ante hos mille annos Oecumenicum Regimen Ri Pis loco undecimi prædicamenti æſtimatum fuit, quâ de cauſsâ *Gregorius Johannem*, ferocientem univerſalis Epiſcopi titulo, graviſſimè arguit, apud *Spalatenſem* l. 4. *de Rep. Eccl. c. 7.* n. 17. p. 624. *S. Chryſ. c. multi diſt. 40. de Epiſcoporum ornatu*, illum *confuſionem in cœlo inventurum* ſtatuit, *qui primatum in terrâ deſideravit*: S. *Auguſtinus pro ſchiſmatico habet* ſancientem, ut *Chriſtiani ſint ſub pedibus ejus*, Id. *Primas Dalmatiæ* n. 43. p. 639. ſed & in ſequentibus. *Hincmarus*, *ArchiEpiſcopus Rhemenſis* ſeculo 9. Προεδρείαν ſcripto impugnavit, haut negante *Baronio.* Vid. T. 2. *catal. Teſt. Ver.* p. 53. &c. Concilia *Conſtantienſe & Baſileënſe* Pontifices depoſuêrunt. Generalis Cœtûs decreto ipſum caput ſubdebat in *Conc. Trid. Aurienſis. Parlamentum Pariſienſe* anno 1626. quatuor *Jeſuitas* & in ſpecie *P. Cottonem* juſſit ſubſcriptione ſuâ ratihabere aſſertionem: *Rex ſolum DEUM in regno ſuo ſuperiorem recognoſcit, Papa non poteſt nec Regem, nec Regnum ejus excommunicare.* Quâ tandem ratione, ut *Moſcovius* ſuprà §. 1. procem. ſtatuebat, pendet ſalus æterna à ſubjectione Pis, cùm *Pontificatûs* honor illi impedimento ſit: Ita n. *Pius* V. *Ego quamdiu fui Religioſus, benè ſperavi de*

*Conf. D. Thumm. tr. de jubil. p. 43. ad 47. D. Oſiand. cont. Valent. p. 36. 37.*

*Suavis l. 6. p. 639.*

*Perſonat9 Alph. de Varg. rel. de Jeſ. p. 121*

*ravi de meâ ſalute, factus Cardinalis cœpi timere, jam creatus Pontifex penè de eâ deſpero. Cornel. à Lapide in c. 3. Apoc.*

## Sect. 2. Non eſt SANCTA.

### Artic. I. *Nec ſanctitate doctrinæ.*

*à genere ad determinatam ſpecie affirmativè!*

*Judicent de qualitate hujus fœderis* Schönb. & Reink. *Politici!*

*Ignatius B. Luth. abſolvit.*

§. 1. Exemplo ſit *Coturius*. Quomodò concludit rationes pro exiſtentiâ Purgatorij (quod tantùm *pium quoddam Eccl. Ræ inventum, ad coërcendos indomitos excogitatum* dictitabat *Poſſevinus*) adductas? Ita p. 334. *Cùm Turcæ, Judæi, Gentiles ex naturali inſtinctu affirment eſſe locum aliquem poſt hanc vitam, id eſt, purgatorium p. 335. ſequatur & illud verum eſſe, quia nulla Scriptura S. unquam aliquid docuit, quod univerſali naturæ inſtinctui repugnat.* Sc. hoc unum deerat ad inſaniam prodendam! Nudus nempè omni ex parte Papatus & viris armisque deſtitutus, infidelibus ſupplicatur, ſicut Soli expoſuit *meritiſſimus de Eccleſiâ Theologus D. Nic. Hunnius de Apoſtaſ. R. Eccleſ.* p. 381. ad finem, iniquumq; & ſacrilegum fœdus pangit in cauſſâ fidei adverſus illos, quos *Concil. Trid. ſeſſ. 15. de dando Proteſt. ſalvo conductu, Chriſtianos* appellat, imò *Catholicos Caſſander.* Nec hoc quidem ſufficit, etiam dæmon in ſubſidium advocatur, non modò ab aliquibus *Pontificibus*, ſed & ab *Ignatio Lojolâ*, Patre *Jeſuitarum*, qui *frequentes, vehementes & cœleſtes illuſtrationes, ſpecioſasq; mentis imagines habuit à Diabolo*, teſte *Ribad. in vitâ Lojolæ* l. 1. c 13. ex cujus l. 1. c. 6. & *Maffejo*, recenſet non minùs *Delrio. l. 2. diſquiſ. q. 26. ſ. 3. p. 234. B.* Satanam *in formâ monſtri Ignatio præſentiâ ſuâ lætitiam attuliſſe, abſentiâ triſtitiam.* Audite alia. Aſſervationem S. Cœnæ juſtificat *Croquetius* ab exemplo *Judæ Iſchariothis*; Communionem ſub unâ *Eccius* ex proverbio: *dentes equi donati non ſunt inſpiciendi; Tranſubſtantiationem Schlotanus*, quia dæmon ejus poſſibilitatem crediderit Matth. 4. *Circumgeſtationem* ex more gentilium *Gloſſa c. non oportet, extra de conſecr. diſt. 1.* ut & eodem *dedicationem templorum Baronius.* Adeò verè ſcripſit Auguſtiſſimus *Ferdinandus I. ad B. Luth. 1. Febr. anno 1537. jam proh dolor experimur, Papam Ejusq; aſſeclas hactenus quæſiviſſe,*

*Vid. Nobiliſ. Dn. D. Hoëum in*

*viſſe, quæ ſua ſunt, nobisq; paleas pro tritico præbuiſſe & venditâſſe.* Adeò rectè judicavit *Caſſander in conſult. artic. 7. p. 51. Eccleſiam & Sponſam Chriſti* (quod ego tamen non dico de *Romanâ* quâ tali) *multis erroribus & vitijs ſponſum ſuum irritâſſe.*

§. 2. Atqui *ad perfectionem inducit Religio hæc, gentes convertit, miraculis coruſcat, E. ſancta eſt. Coturius* p. 66. Ad. 1. Reſp. *Reyh. retr.* p. 134. inficiando. Ad 2. *Acoſta, Victoria, Benzo* negando; peſſimè vivunt *Hiſpani* in *Americâ*, peſſimè erudiunt *Monachi*, forſan devotos proclamant *Indos*, quia *Petro Ordonnez de Cevallos* apud *Beſold. c. 8. mot. p. 160. miſſam celebranti 100. ducatos dono dedêrunt; nollem ambigere.* Et ſi quos, non ineptijs Papiſticis, ſed articulis Orthodoxis convertunt; nevê *Danos Suecosq;* hâc laude jure quis privat. De *miraculis* in compendio dicam. Ut largiamur *ex hypotheſi*, miracula neceſſaria eſſe ad novum dogma, vel inſolitū poſtulatum, legitimandum, ut demus ex eâdem poteſtatem (quā malè probat *Coturius* p. 70. ex Marci 16. quia id dictum de initio loquitur N. Ti, *Gregorio M. autore*) miracula faciendi adhûc reſidere penes Eccleſiam, ad roborandam, ſi opus eſſet, fidem, adverſus *Paganos*, qui nondum converſi non admittunt Scripturas, ex quibus inter *Chriſtianos*, non adſcitis in auxilium miraculis, de veritate hujus vel illius ſententiæ judicari poteſt; actuale n. iſtorum exercitium omni tempore durans, ut ſupervacaneum Eccleſiâ eliminant *Auguſtin. Chryſoſt. Gregor. & Papiſtæ Lancillottus in capiſtro Hunn. p. 78.* cum allegatis à *D. Gerhardo* T. 5. ll. §. 275. *de Eccleſ.* Negamus tamen in confirmationem dogmatum *Papiſticorum* unquam vel vera miracula patrâſſe, vel vera de illis perhibuiſſe cum ſimilibus ſuæ ſectæ *Xaverium, Fr. de Paulâ, Franciſcum, &c.* niſi forſitan hic ultimus veritati ſubvenerit, *Aſinum & Lupum ſuos fratres* appellans, vel *unum fatuellum* ſe vocans apud *Zeæmannum in carnif. p. 526.* Sunt n. *Romanenſium* mirabilia 1. *ſuperſtitioſa*, cùm ſanctorum quoque interceſſio illa promoveat, confitente *Beſoldo* l. d. p. 113. 2. *præſtigioſa*, provoco ad hiſtorias. 3. *doloſa. Queſtenbergius* reliquiis *Norberti* ſuavem odorem tribuebat, qui ex aliâ causâ naribus obveniſſe dicitur. De fragrantiâ corporis *Tereſæ* ſuperſedeo conjectare.

*Thaumaſ. Luth. pag. 210. 211. 212. Gerh. T. 1. conf. c. pag. 114. Azoriam Sturz in fine tract. Paſſav.*

*Vid. Reverend. Dn. D. Hoë cōtra Förn. art. 2. c. 23. & 24. D. Bald. contra Pazm. l. 9. c. 10.*

*B. Gerh. T. 5. §. 284. n. 4. B. Bald. pag. 219. contra Pazm.*

*Beſold. c. 6. mot. p. 123.*

*Artic. II. Nec ſanctitate vitæ.* Atque hoc tàm certum, quàm certum, Solem eſſe & Jeſuitam. *Aliphienſis in Conc. Trid. apud Suavem* l. 8. p. 825. *Multò melioribus ſunt moribus hæretici, quàm Catholici.* Deduxêrunt illud *Noſtri* ſecundum 10. *præcepta Decalogi*; quamvis *Brigitta canonizata* rectè jam olim dixerit, *Pontificem 10. præcepta mutâſſe in unum hoc: DA PECUNIAM.* Lege B. *Parentem contra Leſſ.* p. 125. ad 158. & *Nigrinum de Implet. Legis* pag. 452. ad 556. *D. Botſaccum, D. Furmannum, &c.*

*Thumm. de jubil. p. 47. Lonſ. contr. Ital. p. 785.*

§. 1. Hoc tantùm obſervo: Violatio legis Moralis non magni æſtimatur à Papiſtis, nullum tàm grande peccatum, cujus pœnam an culpam? *ducatis* non redimere poſſis. *In taxâ pœnit. parricidium, uxoricidium taxatur pro uno tantùm tur. 4. duc. 1. Karlin. 8. abſciſſio tamen* certæ partis *graviùs Tur. 12. duc. 3. carol. 6.* metus nempè ſubeſt, ut monachi caſtiſſimi, niſi pœna conſtituatur gravis caſtrationi, deſinant fieri PATRES. In *Concilio Trid. Præſules* ingenuè confeſſi ſunt, *præceptum de quadrageſimâ minùs violari, quàm mandata Decalogi, faciliùs tranſilire homines Canones, ubi nullus à pœnis temporalibus, ſed à ſolâ juſtitiâ divinâ timor. Suavis* l. 6. p. 547. Abſens Epiſcopus *mortalis peccati reatum* incurrit, in *decreto reform. c. 1. l. d. l. 8. p. 827.* quot econtrâ in Deum committuntur peccata ex naturâ venialia, ſecundum ipſorum hypotheſes?

*Lydius ad Clem p 18. & l. de cauſis rec. C Tr. pag. 617.*

§. 2. Verùm *Aug. Bernh. Ambroſ.* Sancti fuêre, argumentatur *Coturius* p. 74. E. ſancti *Papiſtæ*. Quâ conſequentiâ? E. quia *Rex* quidam *Hiſpaniæ*, à DEO caſtigatus, ex impatientiâ prohibuit proximo decennio DEUM adorare, de eo loqui, in eum credere, omnes *Romanenſes* erunt *athei?* E. quia impurus *Æneas Sylvius* invitatus ad Cœnam *à Bertholdo*, Reſpondebat, ſuo & ſui ſimilium nomine: *Hoſpitem abeſſe nihil curæ eſt, hoſpitam videbimus libenter amplexemurq; , ſi quid plus licuerit, non erimus inertes, qui ſemper malum habemus & q. muli & equi ferimur in libidinem*, epiſt. 23. tu pari ratione ad omnes concludes? E. quia *Pater Robertus PERSONIUS, Aſſiſtens Angliæ*, ſollicitus eſt de *Angliæ* Bonis Eccleſiaſticis 7. *Jeſuitis* committendis, *in lib. de Reformatione Angliæ*, inde ſequetur *Generalem Jeſuitarum* in *Concilio* cum ſuis *Aſſiſtentibus* de regnis

*Lanſig cōtr. Hiſpan. p. 356.*

*Berenicus in proaul Tubæ pacis p. 24.*

gnis mundi mutandis, tranſformandis, dividendis conſultare? Vid. jam *Reyh. retr.* p. 131. 132. 133. &c.

## Sect. 3. *Non eſt* CATHOLICA,

Artic. I. *Nec intenſivè*, ut patet ex inductione.

Artic. II. *Nec extenſivè*; non (1.) *ratione originis*, quis enim *Apoſtolorum* docuit decreta *Concilij Tridentini?* non (2.) *durationis*; falſum enim eſt quod *Coturius* venditat p. 78. *nullum ſeculum poſſe aſſignari, quo non fuerit celebrata miſſa, ſervata jejunia, &c.* Conſule *D. Bald. contra Pazm.* p. 843. & *de miſſâ Perkinſum de Cath. Oper.* p. 299. *de jejunio* pag. 290. 291. *de invocatione Sanctorum* p. 273. 274. *B. Par. contra Vôrôſm. capt.* 10. *communione ſub unâ, Perkinſum l. d.* pag. 304. *reliquiis & earum cultu Eund.* p. 270. tâm perſpecta & explorata eſt novitas horum omnium, ut perfrictæ frontis ſit contrâ vel mutire. non (3.) *amplitudinis*; namque *vix tres ulnas longum, quod poſſidet Eccleſia comparatione ejus vaſtitatis, quam Eccleſia Satanæ, Sonnius* ait, *Epiſcopus Antvverpienſis.* Deinde ea doctrina, quæ à *Catholicis* & *Papiſtis* ſimul creditur, creditur à pluribus, quàm quæ à Solis *Papiſtis.* Errat demum *Coturius* aſſerens pag. 79. *Lutheranos ſolâ Germaniâ, & quidem non mediâ, concludi.* Nolo jam directè Reſpondere, ſaltem hoc dilemma ipſi oppono: quē refutat hoc libro? nonnè *Reverend. Daniæ ArchiEpiſcopum,* inſigne *Orthodoxiæ* fulcrum, *Dn. D. Caſp. Eraſ. Brochmandum?* aut ergò *Dania* pars erit *Germaniæ Magnæ*, ut certè eſt cum totâ *Scandiâ*, ſi priſcas rimamur illius origines ex *Plinio* & *Tacito*; vid. *Bertium de Reb. Germ.* l. 1. c. 18. p. 88. c. 24. p. 180. l. 2. c. 15. p. 343. c. 16. p. 355. atque tunc putida falſitas, nos vix mediam occupare *Germaniam*, cùm portio illa, quam *Catholici Lutherani* incolunt cum *Norvvegiâ, Daniâ, Sueciâ*, ſuperare poſſit eam partem, quam *Papiſtæ*; judicent *Geographi*: aut ſi *Dania* peculiari nomine cenſenda, ut *Reyhingo* placet *fund.* 9. pag. 232. fallitur *Jeſuita*, *nos ſolâ Germaniâ concludi.* Non (4.) *reſpectu diuturnæ nominis Catholici poſſeſſionis ſeu præſcriptionis* ut *Hugo* p. 133. *de fide capeſſ.* loquitur. Quandoquidem non nudum tempus, ſed modus in primis acquirendi, præſcribit.

*Alſted. T. 5. Cham. I. 2. c. 3. §. 8. p. 86.*

*Subjectas Sereniſs. Daniæ Regi Island. Grôeland. Friſl. hûc refer.*

ſcribit. §. *ſi fraude Codd. de long. temp. præſcr.* expreſsè: *longi temporis præſcriptio in malæ fidei contractibus locum non habet.* Et *Gregorius* c. *quoniam, de præſcriptionibus*, decernit, ut *nulla valeat abſq; bonâ fide præſcriptio; quoniam* c. *vigilanti* d. tit. *nulla antiqua dierum poſſeſſio juvat aliquem malæ fidei poſſeſſorem.* Applicatio eſt facilis. *Si ergò malæ fidei poſſeſſor nullo unquam tempore poteſt præſcribere, quo pacto infidelis contra fidem, AntiChriſtus contra Chriſtum, hæreticus contra Catholicam veritatem, Simonis hæres contra Petrum præſcribet?* dico cum *Clemange tr. de præſul. Simon.* p. 163. 164. Taceo, res ſacras, non minùs ut *Regalia*, non poſſe *ullo titulo vel oneroſo vel alienativo*, ut *Baldus* inquit, præſcribi. In quem forſan ſenſum *Tertull.* τοὺς ῥωμαίων νόμους ἠκριβωκὼς ἀνὴρ, judice *Euſ. l. 2. hiſt. Eccl.* c. 2. p. 30. *Veritati nemo præſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non privilegium Regionum*, ait *T. 2. de Vel. virgin. c. 1.* p. 188. Taceo multos extitiſſe per plurima retrò ſecula, qui *lite conteſtatâ* præſcriptionem infrugiferam reddidêre, partim *Papam AntiChriſtum* indigitando, partim *Romam Babylonem* vocando. Eorum longum texunt catalogum *Saxonici* in der Nothwend. Vertheidigung Aæ Cis q. 6. p. 394. 395. & q. 7. pag. 410. ad 415. *Gerh. T. 2. conf. Cathol. pag. 699. ad 727. Thumm. apol. contra Föhr. pag. 31. 32. &c.*

*V. Fachſ. de differ. Juris Sax. & civ. l. 1. differ. 11. pag. 35.*

## Sect. 4. *Non eſt* APOSTOLICA,

Artic. I. *Neq; ex theſi.* Diverſum enim ſentit ab articulis *Symboli Apoſtolici; Gerhard.* T. 5. ll. 250. à fide Paulinâ Id. §. 125. & in Morgenſtern pag. 76. ad 97. à fide & actione *Petrinâ* Id. in Morgenſt. p. 123. ad 130. *T. 2. conf. Cath. pag. 599. 600. 601. Fac. Theol. Witteb. in præfat. Phoſph. B. Balduini lit. c. & ipſe in illo l. 10. c. 4. pag. 934.*

Artic. II. *Neq; ex hypotheſi.*

§. 1. Poſito *Petrum Romæ* fuiſſe, quod quidem tàm certum non eſt, ut *Coturius* pag. 90. & *Beſoldus* c. 4. mot. pag. 68. 78. opinantur. Sic enim *Mendoza* q. 4. Schol. §. 7. p. 329. ex *Soto*: *quamvis illius revelationis hiſtoria ab Abdiâ (cujus lib. de vitis Apoſtolorum* Mani-

*Manichæis* aſſcribit *S. Auguſt.* & dein repudiant *Baron. Bell. Salmero, Andrad. Poſſev.) Egeſippo, Ambroſio* (ab illo deceptis) & *alijs*, etiam *Lino* juxta *Scharpum* in *dogmat. AntiChr.* p. 301. certè fabuloſo autore ipſi *Baronio, referatur, adhûc tamen non tantâ pollet autoritate, ut rei tanti momenti ſolidum ſit fundamentum. Prætereâ, quia licet illa hiſtoria irrefragabilis eſſet veritatis, adhûc collectio non eſſet ſatis firma. Nam Chriſtus Petro apparens non juſſit, ut Romæ ſedem figeret, ſed ut Romæ ſubiret martyrium.* Poſito *Pontifices* tabulas & membranas proferre poſſe, in quibus ſucceſſores Eos inſtituit *B. Petrus*; ex nudâ namque reſidentiâ quicquid eliciunt, jure pro ſe allegabit *Patriarcha Antiochenus*: Poſito Eundem coronam, *quinquies centenis & ampliùs millibus aureorum æſtimatam*, imperium & ſceptra, *quæ ipſe tamen non habuit, Papis* reliquiſſe, quo unquam modo defendetis, Boni viri, nunquam interruptam vel annihilatam ſucceſſionem? Noſtrates ad ſatietatem contrarium evicêrunt. Solùm modos vindicabo à *Coturio* allatratos, quanquam & illum laborem olim ſuſceperit *Nobiliſs. & Reverendiſs. Dn. D. Hoë art. 2. contr. Fôrn. c. 32. p. 400. 401. 402.*

Gerh. T. 1. conf. Cath. p. 425.

præfat. de Ingreſſ. Cle. VIII. in Ferr. p. 5.

§. 2. *Falſum eſt ſucceſſioni non officere ſeceſſionem Avennionenſem.* Sedes etenim Papalis *Romæ alligata eſt*, quæ verba ſunt *Bellarmini* l. 2. de R. P. c. 12. pag. 757. D. Probo ulteriùs ex eodem: Dictus *Cardinalis* l. c. p. 754. B. diſputat, *haut improbabile eſſe* (contrâ l. 4. c. 4. §. Secundò pag. 972. C. categoricè hoc affirmat) *Dominum etiam apertè* Petro *juſſiſſe, ut ſedem ita figeret Romæ, ut Epiſcopus Romanus abſolutè ei ſuccederet, adeoq́; ad fidem Catholicam pertinere* (*Suarez* l. 3. def. c. 13. n. 5. *fide Catholicâ tenendum eſſe*) *Rum Pem, quâ Rum, ſuccedere Petro. Haberi* enim *id* pag. 754. D. ex *traditione Apoſtolicâ*, pari cum Scripturâ pollente autoritate. *Coturius* pag. 149. 157. *quam confirmârint Concilia & decreta Pontificum*, quæ *ſunt de fide* l. 4. c. 4. pag. 973. I. *Voluit etiam DEUS per mortem Apoſtoli firmari ejus ſedem Romæ*, inquit, l. c. pag. 972. D. quæ tamen ſententia non conſentit cum hâc l. 2. c. 12. pag. 757. B. *Reſpondeo: non ideò Romæ eſſe ſedem Pontificalem, quia Petrus Romæ obijt, ſed quia Rus Epiſcopus fuit.* Summa: thronus Papalis Romæ proprius eſt, hæc mens *Bellarmini*. Faciunt cum eo *Canus, Caſtro, Mosconius* p.

Vide Morn. in myſterio iniqu. pag. 956.

At contradicit l. 4. de V. D. c. 9. p. 235. A.

*nius* p. 36. 37. *Valentia*, *Sanderus*, *Bozius*, *Gerſon*, *Tannerus*, ut & *Driedo*, *Turrecremata*, *Petrus de Palude*, *Alvarus Pelagius*, *Roffenſes*, *Simanca*, *Cajet.* *Covarruv.* *Lætmatius* apud *Mendozam* q. 4. Schol. §. 5. p. 321. 322, quomodo ergò Pontifex manſit *Romanus*, dum *Avignione* commorabatur? Præterea hæc ſeceſſio objicitur *Papiſtis*, non tâm quà talis, quàm quâ Schiſmatum, turbarum & calamitatum Eccleſiæ cauſſa.

§. 3. *Falſum eſt huic ſucceſſioni non obſtare AntiPaparum electionem.* Quo quæſo medio conſtitit credentibus hunc & non illum eſſe verum *Papam?* certè & hodiè de quovis rationabiliter dubitari poteſt, an legitimè electus ſit. *Nemo* ſanè *tenetur credere*, *Clem.* VIII. aut Paulum V. *eſſe verum Petri ſucceſſorem*, ſcribit *Caſtro* l. 1. *de hæreſ.* c. 9, teſte *Scharpo* in *AntiChriſto* pag. 301. 302. Ex quo ergò principio legitima illa ſucceſſio dignoſci poterat? An ex electione *Cardinalium?* atqui uterque numeroſà horum manu ſuperbiebat. An ex confirmatione *Cæſareâ?* hoc Acatholicum eſt Papiſtis. An ex ſuffragiis populi? Non. Ne quidem *Epiſcopos* admittunt *Electores Papæ*. Exemplum habes apud *Suavem* l. 8. pag. 911. Unde ergò? Jam quia *ſine certo Papâ dubia de fide definiri non poſſunt*, dubietas autem iſta duravit *124. annos & 10. menſes* in 25. *ſchiſmatibus* juxta *Stapl. in Rel. fid. contr.* 1. q. 5. art. 3. prob. 3. pag. 148. actum eſt de Eccleſiâ illorum temporum, actum quoque eſt de non interruptâ ſucceſſione. Quot ſtrages dederint illæ mutuæ impugnationes, *Sigebertus apud Uſſerium de ſtatu Eccleſ. Chriſt.* c. 5. n. 3. p. 106. 107. *Clemangis de corrupto ſtatu Eccleſ.* c. 27. n. 3. p. 25. *De præſul. Simon.* p. 165. *Lydius in analectis ad Clem.* p. 28. & ibid. p. 31. *Gualtherus Dyſſe Anglus, de ſchiſmate*, enarrant. Exemplum à *Cæſaribus* petitum, ad Pem quo ne ad horam quidem ob internum influxum carere poteſt Eccleſia, non quadrat, præſertim cùm illi non tanto numero nec tempore nec tali probabilitate diſſenſerint.

*Gerb. T. 1. confeſs. Cath. pag. 279. ad 283*

*Bell. l. 2. de conc. c. 19. p. 130 B.*

§. 4. *Auguſtinum contra Petil. & epiſt. 165.* ab abuſu vindicavit *Oſiander contra Valentiam* pag. 421. 422. dictum allegatum Matth. 23. *Gerh. T. 1. conf. Cathol.* p. 330. 331. 332. Quivis videt *Auguſtinum* loqui de ijs, qui docent legem, & annunciant, quæ vera ſunt; nos autem

autem producimus Papas etiam in cathedrâ errantes & legem Dei pervertentes. Vitia nominamus, non ut oppugnemus eo ipſo doctrinæ veritatem (quam aliâs non poſſident) ſed confictam ex perpetuâ Sp. S. aſſiſtentiâ infallibilitatem.

§. 5. Num Puerperium *Johannæ Papiſſæ* fabula ſit, ſuo loco. Ex Pontificiis ipſis Illud ſtabiliunt *B. D. Gerh. T. 2. conf. Cath. pag. 629.* & ſeqq. *Parens diſp. 8. contra Hugonem §. 84. 85. 86. 87.* Et Calviniſtæ contribuunt ad hoc bellum, Witakerus tr. de Papiſsâ Romanâ, Mortonus in Apolog. Cathol. Mornæus in *Myſt. pag. 362. &c.*

*Ergò Eccleſia Papiſtica falſa eſt.*

*Ergò Eccleſia Lutherana vera eſt*; non poſſunt indubiū vocare hanc oppoſitionis immediationem, qui aliquando oculis uſurpârunt *Transactionem Paſſavienſem.*

E. illi unicè inhærendum eſt.

*Hæc porta Domini, juſti ingredientur per eam!*

*Omiſſa ſ. tranſpoſita puncta commata & cola, mutatas literas Lector ipſe, errata a. graviora, quæ abſente Reſpond. irrepsêrunt, ſic corrigat:*

B. 1. fac. 1. n. 3. lin. 16. denegatam pro denegatâ. n. 4. lin. 35. gemina pro genuina. B. 2. fac. 1. n. 1. lin. 19. commendatur pro commentatur. fac. 2. lin. 16. noſtrî pro noſtrâ. B. 3. fac. 1. lin. 7. Poſt Et, ſubde omiſſum, ſi. lin. 28. ſic. ut contrahe. B. 4. fac. 1. §. 1. lin. 1. jactant pro jactat. in marg. lin. 33. ad pro de. fac. 2. n. 3. lin. 22. perictùs pro penitùs. lin. 25. Fiant pro Haut. C. 2. fac. 1. § 4. lin. 33. Moſcovius pro Moſconius. C. 3. fac. 1. in marg. lin. 26. Perh. pro Gerh. fac. 2. lin. 25. adorate pro adorare. C. 4. fac. 1. lin. 4. putet pro patet. D. 1. fac. 2. lin. 8. ſucceſſione pro ſucceſſioni.

05 A 2079

ULB Halle 3
003 783 146

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638151-p0031-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638151-p0032-2

CUM JESU

Syllogiſmus COTURII Jeſ. Wratisl. Lutheraniſmo Catholico impactus ſed inverſus & in Papiſmum retortus

*Probans ex incompetentiâ attributorum Eccleſiæ Apoſtolicorum*

# UNA SANCTA CATHOLICA APOSTOLICA

Eccleſiæ Papiſticæ falſitatem

PRÆSIDE

*VIRO Perquâm Reverendo & Ampliſſimo,*

DN. PAULO ROBERO, SS. Theol. D. ejuſd. Prof. P. Celeberrimo, Paſt. & Superint. Witteb. circuliqve Saxon. Generali, Conſiſt. Eccleſ. Aſſeſſore graviſſimo, Præc. Promotore & Affine ſuo ætatêm colendo

*Ad diſputandum propoſitus*

à

M. GOTTFRIED MEISNERO, Fac. Phil. Adjuncto.

*In Audit. Majori.*

Ad d. Aprilis.

*WITTEBERGÆ,*

Excudebat JOHANNES HAKE, M DC XLII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638151-p0033-8